



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXIV. Item aliae, adhuc alio modo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XXXIII. ITEM INGENVI-  
*tas alio modo post discessum.*

**D**ilecto suo illi, aut illi. Pro re-  
spectu fidel ac seruitutis quã  
mihi famularis, pro remissione pec-  
catorum meorum, te ab omni vin-  
culo seruitutis absoluo. Ea tamen  
conditione, vt dum aduixero, mihi  
deseruias: post obitum vero meum  
si mihi superstes fueris, sis inge-  
nuus, tanquam si ab ingenuis pa-  
rentibus fuisses procreatus, & nulli  
heredum ac proheredum meorum,  
vel cuiuscumque seruitium impen-  
das. Peculiare concessum quod ha-  
bes, aut elaborare potueris, &c.

XXXIV. ITEM ALIA  
*adhuc alio modo.*

**S**I aliquos ex seruiantibus no-  
stris à iugo seruitutis absolui-  
mus, mercedem in futurum nobis



164 MARCVLFI MONACHI  
ab hoc retribuere confidimus. Igi-  
tur ego ille, propter nomen Domi-  
ni, & retributionem æternam te il-  
lum ab omni vinculo seruitutis ab-  
soluimus. Ita vt ab hac die vitam  
ducas ingenuam, tanquam si ab in-  
genuis parentibus fuisses procrea-  
tus, & nulli heredum ac prohere-  
dum meorum, vel cuicumque ser-  
uitium impendas: nisi sub integra  
ingenuitate defensionem eius quæ  
ex meis heredibus elegeris habere  
debeas, & oblata mea vbi meum  
requiescit corpusculum, vel lumi-  
naria annis singulis debeas procu-  
rare. Peculiari concessio, quod ha-  
bes, aut elaborare potueris, aut si  
conuenit defensionem Ecclesiæ il-  
lius, & vitam semper ducas inge-  
nuam. Si quis vero, &c.

non adiciendum est et cetera  
quod si quis in hoc scripto  
aliquid inuenit in futurum notis